



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

13. 14. & 15. Definitur quantitas furti lethiferi, & co[n]sequenter quando furando Religiosus casum incidat reseruatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

necessarios acquisiuere, apud ser-  
tinere, sed Officialibus commit-  
tere debere, iuxta Concil Trid. Sess. 15.  
c. 1. de Regularibus Collige 4. Non  
solum præcisè furtum, sed potiori  
de iure Sacrilegium, rapinam, la-  
trocinium, & quamlibet inuito  
Prælato, prouisore, Vfuario Reli-  
giofo possessionem, usurpationem,  
detentionem, vsum rei ad  
Monasterium pertinentis, aut vsum  
alicuius Religiosi deputatae & co-  
stituentis notabilem quantitatem  
in Religioso peccatum mortale  
reseruatum efficere.

XIII. Quæres. 2. quænam  
quantitas, tam ad furtum, quam  
ad proprietatem reseruatam con-  
stituendam requiratur? Resp. 1.  
Tann cit. d. 4. de Iustitia. q. 8. dub. 6.  
num. 111. duplicem esse quantita-  
tem notabilem, aliam absolutam,  
quæ in ordine ad quamlibet per-  
sonam constituit peccatum mor-  
tale:

tale: aliam respectuam, quæ ex personæ ac ipsius rei ablatæ conditionibus, ac circumstantiis, damni, incommodi, per accidens consequentis est dijudicanda: Accedit quod copia ac valor rerum pecuniae non sit idem apud omnes, quin sæpe in iisdem locis variatur, sicut hodieque passim minor est copia pecuniae & impar valor respectu mercium, quam olim, ut proinde non eadem semper quantitas sufficiat ad mortale, quare valde incertum esse afferit quæna determinatè sit illa quantitas notabilis. Cui ad stipulatur sa. V. Fursum, qui quantitatem furti mortalis prudentis viri arbitrio statuendam relinquit.

XIV. Resp. 2. Lef. l. 2, c. 12.  
dub. 6. ad lethalem quantitatem sufficere regalem unum vel duos, etiam prædiuiti auferre id est, nostrates bazios quatuor vel quinq;

M 5 licet.

licet minor etiā quantitas in pau-  
pere læso lethale furtū efficiat. R.  
3. valdè probabiliter Laymā. l. 3. de  
Iure, sect. 5. tr 3 p. 1. c. 2. n. 3. eam quā-  
titatem furti mortiferā censi, ex  
qua læsus possit in diē viuere, v.g.  
mercatori opulēto 2. vel 3. fl. nostra-  
tes furari, à ciue mediocri in medium  
florenū aut 10. bazios, à mendico  
baziū, pauculos nummos, quibus  
uno die vtcunq; vicitasset. Resp.  
4. Filiunt. tr. 31 de Iustitia & iure. c. 10.  
n. 239 absolutè ad furtū lethale va-  
lorem vnius aurei, id est, nostrare  
talerū aut coronatū sufficere. Hæc  
sententia est conformis Iurisperi-  
tis, docentibus inter extrema, me-  
diā viā incedendū, quinetiā atten-  
tis circūstatiis, oneribus Principū,  
ac Regū taleris, siue aureus, vi po-  
te militi pro stipendio ad plures  
dies sufficiens notabilis summa re-  
putatur, siue enim spectetur ipsa  
magnitudo & quātitas rei furtūe  
ablatæ,

ablatæ, quâ dānū prædiuiti fuerit  
illatū, siue inuolutariū, quo ad ipsā  
rei substantiā in eo qui lēditur, siue <sup>idem</sup>  
vulgarē persuasionē, iactura aurei  
grauiter fertur, ut meritò tanquam  
falsa & periculosa quorundā sen-  
tentia eleuetur, qui docēt nec cen-  
tum aureos in furto ex natura rei  
constituere mortale peccatum.

X V. Resp. s proportionaliter  
discutendū esse circa proprietatē  
& furtū lethale in Religioso, atq;  
in praxi determinatā quātitatem,  
quæ reseruationē importet, potis-  
simū desumi debere partim ab ipsi  
materię ablatę valore, aut sine licē-  
tia accepę, retētę, vel erogatę, par-  
tim à damno Cōmunitati illato, si  
quidē contingit Cōmunitatē, v.g.  
Religiosorum aliā opulentiorē  
esse, & consequenter damnum in-  
æquale ex pari furto sequi. Valdē  
probabile est Religiosum, si rem-  
talero, aut aureo aſtimabilem  
<sup>sine</sup>

sine licentia acciperet, retineret, furaretur, in proprietatem & fur-  
tum referuatum incidere Hoc ta-  
men semper obseruari debet, nè  
vel per nimiam lenitatem aut re-  
laxationem paupertatis votum  
contemtim habeatur, vel per mul-  
tiplicationem culparum fragili-  
tas hominum periculis expona-  
tur, ut maior semper debeat esse in  
superiore vel Confessario propen-  
sio ad lenitatem quam ad rigorem:  
Religioni enim valdè contrarium  
est multiplicare pericula. *Suar* cit.  
c. 11 n. 40. & vide fusè ac disertè cap.  
4. *hac de re docentem, in Optica Re-*  
*gularium Seruatium de Lair-*  
*nelz à speculo 41.*



Caput